

trzonych datą statutów najstarszy został uchwalony 1 VII 1438. Niedatowany statut noszący nagłówek *Statutum, ut nullus fratrum confratrem presumat trahere ad aliquem iudicem secularem vel spiritualem* uznaje jednak za najwcześniejszy kierując się występowaniem jego świadków w innych źródłach już z końcem XIV w. i niepojawianiem się znacznej ich części w źródłach po r. 1420. Pierwszy więc znany krakowski statut wikariuszów pochodzi może z dwóch pierwszych dziesiątków lat XV w. Nie jest wykluczone, że już w XIV w. istniały, podobnie jak na Śląsku, statuta wikariuszowskie w Krakowie, chociaż zapewne nie tak wcześnie. Osłabia to prawdopodobieństwo fakt braku samodzielnego ustawodawstwa kapitul w XIV w.<sup>5</sup>, a jak już wyżej powiedziano, kolegium wikariuszów i jego ustawodawstwo kształtowały się pod wpływem kapitul.

Statuta wikariuszów krakowskich zachowały się jedynie w kopii i we fragmentach. Wszystkie statuta do r. 1512 (z wyjątkiem statutu z r. 1511 wpisanego w tym samym kodeksie w połowie XVI w.) zostały skopiowane przez jednego pisarza po r. 1512. Pozostawało to zapewne w związku z założeniem nowego kodeksu dla celów kolegium wikariuszów. Na wstępie kodeksu zamieszczono kalendarz wraz z aniuersarzem kolegium, następnie skopiowano bez zachowania porządku chronologicznego statuta z XV i początku XVI w. Dalsze uchwalane od r. 1537 statuta, dekreta biskupów i dziekanów kapitulnych aż po koniec XVIII w. wpisywano lub wklejano bieżąco. Dekret Jana z Pniowa administratora kościoła krakowskiego w czasie wakansu na stolicy biskupiej z dn. 27 II 1462 (por. niżej) zatwierdza statuta wikariuszowskie „in presenti codicillo”. Jest to ślad istnienia dawnego kodeksu, w którym w XV w. wpisywano bieżąco uchwalane statuta. Kopista XVI w. przepisał do nowego kodeksu już tylko niektóre statuta mające jeszcze praktyczne znaczenie dla kolegium, a których nie zastąpiono nowymi udoskonalonymi czy zaktualizowanymi uchwałami. Tak np. statut z r. 1512 *De infirmis* mówi o konieczności wydania nowego statutu o chorych konfratrach, „quia statutum antiquum de infirmis confratribus tempore Volumiri vicedecani — nonnullam difficultatem inferebat”; kopista XVI w. wobec melioracji statutu *De infirmis* pominął w nowym kodeksie dawny statut wykazujący braki.

Statuta wikariuszów katedry krakowskiej mieszczą się w nieopatrzonej sygnaturą i nienotowanym przez ks. I. Polkowskiego w Katalogu rękopisów kapitulnych katedry krakowskiej, pergami-

<sup>5</sup> St. Zachorowski, *l. c.*, s. 179—180.

nowym kodeksie o wymiarach 25 × 35 cm. Kodeks został oprawiony w XVI w. w drzewo obleczone skórą z tłoczonym ornamentem roślinnym i napisem antyką *Kalendarium et statuta dominorum vicariorum*. Na wyklejce okładki nalepiono spisana w XVII w. modlitwę oraz formułę instytucji wikariusza do kolegium.

Na s. 1 znajdują się modlitwy odmawiane przed i po posiedzeniach kapituły.

S. 2 spisane w r. 1527 opłaty za aniuersarze.

S. 2—78 kalendarz pisany dużym ozdobnym pismem w stylu przekwitającego gotyku, zbliżonym do tekstury, wraz z notatkami nekrologicznymi wikariuszów i dobrodziejów kolegium wpisanymi ręką pisarza kalendarza oraz kontynuowanymi do końca XVII w.

Nowa paginacja, s. 1—17 statuta wikariuszów kościoła katedralnego w Krakowie do r. 1512 pisane jedną ręką, tą samą która spisała kalendarz, czytelną teksturą schyłku gotyku, przedzielane nagłówkami o nieco większym piśmie, rubro. Statuta rozpoczynają skromne inicjały czerwone, brunatne, niebieskie i złote.

S. 17 wyjątek ze statutu bpa krakowskiego Bodzanty dla kapituły krakowskiej z 12 V 1356. Por. K. Teliga, *Statuta capitularia ecclesiae cathedralis Cracoviensis*, Cracoviae 1884, c. XXIV, s. 15.

S. 18—23 dalszy ciąg statutów z lat 1537, 1540, 1511, 1549 wpisanymi inną ręką z połowy XVI w. dużym, mało starannym pismem.

S. 23—25 statut z r. 1581 wpisany ówczesną ręką.

S. 26—30 zatwierdzenie statutów i przywilejów kolegium wikariuszów katedry krakowskiej i ordynacja powizytacyjna, wydane przez kardynała Jerzego Radziwiłła 20 I 1597 r.

S. 31—33 ordynacja przez kardynała Bernarda Maciejewskiego z dnia 7 VIII 1602 dla kolegium wikariuszów.

Odtąd szereg doklejonych nieliczbowanych kart papierowych różnego formatu.

3 karty, na których pomieszczono dekret biskupa krakowskiego Kazimierza Łubieńskiego z dnia 18 V 1711 dla kolegium wikariuszów.

1 niezapisana karta.

1 karta z ordynacją dla kolegium Michała Wodzickiego dziekana, wikariusza in spiritualibus i oficjała krakowskiego, z dnia 18 IV 1793 r.

1 niezapisana karta.

1 karta pergaminowa z formularzem aktu zgonu wydanego



dnia 30 IV 1823 przez Wydział spraw wewnętrznych i policji Senatu WM Krakowa.

1 karta papieru z wpisaną 30 IX 1793 fundacją mszy wotywnych.

2 karty, z których jedna przyklejona do okładki, zawierające dokument biskupa krakowskiego Pawła Turskiego z dnia 12 IV 1801 r. dotyczący prośby wikariuszów o zniesienie obowiązku odprawiania mszy z wygasłego uposażenia.

Poniższe wydawnictwo statutów zawiera jedynie średnio-wieczne statuta wikariuszowskie do r. 1512 skopiowane jedną ręką (z wyjątkiem statutu z r. 1511). Jak już wyżej zazaczyłam statuty nie skopiowano w porządku chronologicznym. W rękopisie wpisane są w następującej kolejności: z r. 1438, 1477, 1481, 1468, 1467, 1483, 1491, rotę przysięg wikariuszów, statuta niedatowane: *Statutum, ut nullus fratrum confratrem presumat trahere ad aliquem iudicem secularem vel spiritualem, Qui revelant secreta capituli i Nows vicarius non actu presbiter*, statuta z r. 1512, statuta niedatowane: *Capitulum semper fiat infra duas ebdomadas i De verbis conviciatoriis*, statuta z r. 1440, 1462 (1537 i 1540 wylączone z wydawnictwa) i z r. 1511.

Jako zasadę wydawniczą przyjęto Instrukcję wydawniczą dla średniowiecznych źródeł historycznych PAU z r. 1925.

Pani prof. dr Zofii Budkovej serdecznie dziękuję za zwrócenie mojej uwagi na rękopis ze statutami. Panu mgrowi Stanisławowi Kurasiowi dziękuję za udostępnienie przygotowanych przez niego do druku dokumentów z Liber privilegiorum vicariorum (Kraków, Arch. Kapit.), przydatnych mi przy objaśnianiu osób wikariuszów występujących jako świadkowie statutów.

STATUTUM UT NULLUS FRATRUM CONFRATREM PRESUMAT  
TRAHERE AD ALIQUEM IUDICEM SECLAREM VEL SPIRITUALEM<sup>1</sup>

Non debet mirum nec reprehensibile per quempiam indicari si secundum varietates et qualitates temporum huius mundi labentis mores et actus humani hominum labentium et fragilium variantur. Nam ut Seneca Minor in capitulo De prudentia ait: „Quale tibi tempus affuerit, taliter te tempore secundum exigentiam temporis accomodes nec te in aliquibus motes, sed potius aptes”<sup>2</sup>; et quoniam reperitur et legitur in antiquis, quod sacerdotes in Egipto constituti acquisitis vite humane necessariis primo ceperunt philozophari; cum igitur maior non sit huius mundi philozophia quam exquisitis et inventis ac

<sup>1</sup> Niedatowany ten statut uważam za najwcześniejszy z zachowanych, por. *Wstęp* s. 392.

<sup>2</sup> W dialogu Seneki De providentia, jak też i w innych dziełach Seneki nie ma takiego cytatu.

habitis vite presentis industriam humanam necessariis Deo serviendo, alterum non ledendo unicuique ius suum tribuendo ad eternam beatitudinem posse feliciter pervenire, ipsum Deum solum trinum in personis et unum in esse sue divinitatis per cuncta secula exinde benedictus et sine fine dicendo „sanctus cum sanctis” collaudare. Proinde nos Volumirus vicedecanus, Paulus<sup>2</sup> et Nicolaus vicecustodes<sup>4</sup>, Stanislaus Iolda<sup>5</sup>, Albertus Mazowita<sup>6</sup>, Petrus Sorca, Nicolaus Spak, Paulus vicecantor, Joannes Soczewka, Petrus Lany, Joannes Sywy, Petrus Albus<sup>7</sup>, Stanislaus Swoker, Stephanus de Radom<sup>8</sup>, Joannes Dambrowski<sup>9</sup>, Nicolaus, Marcus<sup>10</sup>, Stanislaus Roy, Wenceslaus de Radom vicarii perpetui ecclesie cathedralis Cracoviensis statuimus exnunc perpetuis temporibus per nos et successores nostros omnes et singulos habere volentes ac inviolabiliter observari sub pena privacionis porcionum et quarumcunque obventionum bursam nostram et thesaurum ac manus nostras tangentium per unum mensem successive ac progressive et integre et alias secundum exigentiam protervie delinquentis plus vel minus per vicedecanum pro tempore existentem eidem faciendam, quod nullus fratrum nostrorum predictorum confratrem vel confratres nostros aut communitatem totam ad iudicem vel iudices pro quacunque causa ad forum ipsorum spirituale vel seculare trahere valeat et presumat; licet idem iudex vel iudices quicumque auctoritate vel dignitate preemineat vel preemineant nisi prius quantum est de personis ad presenciam vicedecani predicti pro tempore existentis, qui vigore et virtute presentis statuti nostri vigorem habeat et exnunc habere debet, ut de meritis parium fratrum nostrorum predictorum litigantium probacionibus receptis, si opus fuerit et prout sibi videbitur expedire, simpliciter et de plano de causa et de causis huiusmodi secundum Deum et conscientiam bonam suam cognoscat et secundum excessum et excessus delictorum vel delicti aut debiti habeat vigorem et auctoritatem condemnandi et puniendi. In quantum vero quispiam fratrum nostrorum a communitate nostra iniuriam pateretur, ad decanum pro tempore confugiat.

QUI REVELANT SECRETA CAPITULI

Item statuimus, quod si quis fratrum nostrorum predictorum sine mandato speciali et necessitate legitima secreta capituli alicui revelaverit et duobus testibus idoneis convictus fuerit coram decano aut vicedecano pro tempore, licet ratione huiusmodi prodicionis merito in perpetuum de capitulari congregatione fratrum segregandus esset, micuius tamen secundum exigentiam ad arbitrium ipsorum dominorum puniatur.

<sup>2</sup> Paweł wicekustosz występuje 14 IV 1409, Kod. Tyn., s. 221.

<sup>4</sup> Może identyczny z wymienionym w statucie z 1 VII 1438 Mikołajem Ulińskim wicekustoszem. Mikołaj wicekustosz występuje: 27 IV 1437 — 9 X 1449; Lib. priv. vic., k. 12—18; 220 v.—223.

<sup>5</sup> Występuje: 23 VI 1389 — 14 V 1403, Kod. kat. krak., II, s. 141, 291.

<sup>6</sup> Występuje: 14 V 1403, Kod. kat. krak., II, s. 291.

<sup>7</sup> Piotr Biały występuje: 30 VI 1419 — 4 X 1449, Kod. kat. krak., II, s. 448; Lib. priv. vic., k. 223 v.—225 v.

<sup>8</sup> Stefan syn Wita z Radomia występuje: 26 IV 1408, Kod. kat. krak., II, s. 328.

<sup>9</sup> Jan Dąbrowski altarzysta w katedrze krakowskiej występuje: 17 X 1411, Kod. kat. krak., II, s. 357.

<sup>10</sup> Może identyczny z wikariuszem Markiem z Wollborza świadkiem statutu z dn. 1 VII 1438 i z Markiem z statutu z dn. 14 VIII 1438.



## NOWS VICCARIUS NON ACTU PRESBITER

Item statuimus, quod si quis clericus non actu sacerdos fuerit in vicarium et confratrem nostrum presentatus et investitus, tandem missarum anniversariis careat, quosque actu sacerdos efficiatur.

STATUTA DOMINORUM VICARIORUM ECCLESIE CATHEDRALIS  
CRACOVIENSIS. ANNO DOMINI 1438\*

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Cum in bono ac debito regimine perfectio totius consistit universi proinde nos Nicolaus Laszczki decanus ecclesie maioris et canonicus Cracoviensis<sup>11</sup> attendens, quod plerumque deordinationis et negligencie in horis canonicis nocturnis pariterque diurnis aliisque divinis officiis in dicta Cracoviensi ecclesia per dominos vicarios comittebantur, negligencias et deordinationes huiusmodi abolere penitus cupiens, nonnullorum venerabilium virorum prelatorum et canonicorum predictae Cracoviensis ecclesie nostrorum confratrum communicato consilio tractatuque solempni cum ipsis dominis vicariis prehabito, de consensu et voluntate ipsorum statuta seu constitutiones per quas domino concedente cultus divinus in preacta Cracoviensi ecclesia ordinate peragi ac ipse hore canonice absque negligencia et confusione prout decet decantari poterint et valeant, nostro ex officio sub infrascriptis clausulis et articulis ordinavimus et disposuimus ac ordinamus, disponimus et constituimus per presentes decernentes statuta huiusmodi et constitutiones per ipsos dominos vicarios et eorum successores perpetuo et in eum sub penis infrascriptis firmiter observari ipsaque statuta seu constitutiones per vicedecanum aut per divisores pro tempore existentes vel alios si ipse vicedecanus seu divisores in eisdem exequendis tardi fuerint et remissi, extunc per universitatem ipsorum dominorum vicariorum communicato super hoc huicinde salubri consilio contra omnes et singulos dominos vicarios in et contra ipsa delinquentes, cuiuscunque condicionis fuerint omni timore, favore et gracia necnon dolo et fraude postpositis. In quo consciencias ipsorum dominorum executorum oneramus totiens quotiens fuerit expediens et necesse debite executioni demandari. Acta sunt hec et fuerunt sub anno Nativitatis Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo feria tertia in vigilia Visitationis S. Marie Virginis Gloriose<sup>12</sup> presentibus ibidem hiis venerabilibus et honorabilibus viris: Derslao de Borzymow archidiacono<sup>13</sup>, Ioanne de Elgoth canonico et officiali generali ac in spiritualibus vicario Cracoviense<sup>14</sup> necnon Mathia de Bochnya

\*-a\* dopisano brunatnym atramentem.

<sup>11</sup> na górnym i prawym marginesie bogaty kolorystycznie, stylizowany ornament roślinny.

<sup>12</sup> Mikołaj Lasocki sekretarz królewski, kanonik i dziekan krakowski, um. 1450.

<sup>13</sup> 1 lipca.

<sup>14</sup> Dersław z Borzynowa doktor dekretów, profesor Uniwersytetu Krakowskiego, archidiacon katedry krakowskiej, um. 1452. Por. Pol. Sl. Biogr., II, s. 370.

<sup>15</sup> Jan Elgot doktor dekretów, profesor i rektor Uniwersytetu Krakowskiego, oficjal i wikariusz generalny krakowski, kanonik i scholastyk kapituły krakowskiej, um. 1450. Por. Pol. Sl. Biogr., VI, s. 227—228.

vicedecano<sup>15</sup>, Petro Thyttek<sup>16</sup> et Nicolao Vlynski vicecustodibus, Svantoslao vicecantore<sup>17</sup>, Ioanne de Staw<sup>18</sup> et Philippo de Wolbram divisoribus<sup>19</sup>, Borzyslao<sup>20</sup>, Jacobo Schady<sup>21</sup>, Marco de Wolborz<sup>22</sup>, Ioanne Pilawa<sup>23</sup>, Stanislaw Liga<sup>24</sup>, magistro Stanislaw de Isza<sup>25</sup>, Michaele de Bodzaczin, Ioanne de Vierzeiki<sup>26</sup>, Thoma Bochnek<sup>27</sup> — de dextro, Mathia Strzelec<sup>28</sup>, Ioanne Pella<sup>29</sup>, Thoma de Radomskie, Ioanne de Kieleze, Ioanne Pirachala<sup>30</sup>, Ioanne Nossek<sup>31</sup>, Simone<sup>32b</sup>, Petro Lantowski<sup>33</sup>, Martino Kokoska et Mathia de Mileiow<sup>34</sup> de sinistro choris vicariis perpetuis canonicalibus predictae ecclesie Cracoviensis, testibus circa premissa.

<sup>15</sup> Występuje: 30 VI 1419—5 II 1437, Kod. kat. krak., II, s. 448; Lib. priv. vic., k. 232—235.

<sup>16</sup> Piotr Tytlek jest zapewne identyczny z Piotrem wicekustoszem, który występuje: 5 II 1422 — 3 X 1437, Kod. Tyn., s. 253; Lib. priv. vic., k. 211—215.

<sup>17</sup> Świętosław z Szadkowa wicekantore występuje: 27 IV 1437 — 13 IX 1446, Lib. priv. vic., k. 12—18; 220 v.—223 v.

<sup>18</sup> Występuje: 2 V 1431—1462, Kod. Mp., IV, s. 266; Lib. priv. vic., k. 258 v.

<sup>19</sup> Filip z Wolbromia występuje: 5 II 1437 — 3 X 1437, Lib. priv. vic., k. 232—235; 211—215.

<sup>20</sup> Borzysław (Borzko) z Biskupie występuje: 27 IV 1437 — 9 X 1449, Lib. priv. vic., k. 12—18; 223 v.—225 v.

<sup>21</sup> Jakub Schady z Bochni występuje: 27 IV 1437 — 21 IV 1438, Lib. priv. vic., k. 12—18; 216 v.—218; jako zmarły 13 IX 1446, tamże, k. 220 v.—223.

<sup>22</sup> Por. wyż. przypis 10.

<sup>23</sup> Występuje: 5 II 1437, Lib. priv. vic., k. 232—235.

<sup>24</sup> Stanisław Liga z Kazimierza wikariusz i altarysta św. Stefana w katedrze krakowskiej występuje: 4 VII 1462—1472, Kod. UJ, II, s. 209—210; Lib. priv. vic., k. 38.

<sup>25</sup> Magister Stanisław z Piły występuje: 27 IV 1437—1471, Lib. priv. vic., k. 12—18; 202.

<sup>26</sup> Jan Rola z Wierzejk wikariusz i wicekustosz występuje: 29 VII 1443—1469, Lib. priv. vic., k. 18 v.—20; 66; zapewne identyczny z Janem Rolą synem Stefana z Wierzejk notariuszem publicznym, 18 I 1455, Kod. UJ, II, s. 161.

<sup>27</sup> Może identyczny z Tomaszem synem Stefana z Bichni wikariuszem katedry krakowskiej i notariuszem publicznym występującym: 24 VII 1432 — 17 XI 1440, Kod. Mp., IV, s. 274; Kod. Mog., s. 118.

<sup>28</sup> Maciej Strzelec występuje: 29 VII 1443 — 4 X 1449, Lib. priv. vic., k. 18 v.—20; 223 v.—225 v.

<sup>29</sup> Występuje: 27 IV 1437 — 21 IV 1438, Lib. priv. vic., k. 12—18; 216 v.—218.

<sup>30</sup> Jan Pierchala występuje: 5 II 1437, Lib. priv. vic., k. 232—235.

<sup>31</sup> Jan Nosek z Sambora występuje: 7 IV 1448—1462, Lib. priv. vic., k. 190—191 v.; 258 v.

<sup>32</sup> Szymon wikariusz występuje: 29 VII 1443 — 13 IX 1446, Lib. priv. vic., k. 18 v.—20; 220 v.—223 v.

<sup>33</sup> Piotr Lantowski vel Lantkowski występuje: 27 IV 1437 — 21 IV 1438, Lib. priv. vic., k. 12—18; 216 v.—218.

<sup>34</sup> Maciej syn Stanisława z Milejowa wikariusz, altarysta św. Marii Magdaleny w kościele katedralnym, notariusz publiczny, kanonik sandecki występuje: 1427—1462, Kod. UJ, I, s. 161; Lib. priv. vic., k. 258 v.

<sup>b</sup> *Hinone* rkps.



## CONFUSIO ET TURBACIO CHORI

Quia ipsi domini vicarii horas canonicas nocturnas pariter et diurnas sepius in ecclesia, ut premissum est inordinate et confuse propter nimiam festinationem seu precipitationem peragere solebant unus alium vocibus precurrendo, ita, quod illi, qui in dextro, eos, qui in sinistro choro psalmos legebant, minime percipere valebant et e converso, propter quod statuimus, quod de cetero chorus taliter per quempiam non confundatur nec perturbetur, sed quod cantus tam psalmodiarum, quam etiam hystorialis quilibet continue et cum verborum debita expressione ac notarum prolacione nec nimis cursorie nec etiam tarde ecclesia predicta peragatur; quod si quis predictorum vicariorum contrarium fecerit chorum turbando seu confundendo seque aliis in cantu non conformando, quod extunc talis pro primo excessu gradibus per vicedecanum puniatur, si vero secundo in eodem excessu repertus fuerit extunc in una quarta seu in uno medio grosso puniatur; at si tercio et postea, tocies quociens excesserit in uno grosso porcionum, que diebus currentibus distribui consueverunt per divisores sine omnia misericordia pro qualibet vice puniatur.

CONFABULACIO. RISUS<sup>c</sup>

Item quia modus pessimus inter ipsos dominos vicarios inoluerat, quia infra horas canonicas et alia divina officia in choro consueverant disponere negocia et publicas confabulaciones facere et ita sepius accidebat, quia interdum duo tantum aut unus „amen” vel „et cum spiritu”<sup>d</sup> officianti respondebant, unde quia domus Dei non negocia sed ad oraciones est disposita et Dominus noster Iesus Christus vendentes et ementes ex ea eiecit et mensas numulariorum evertit, per hoc nobis sufficienter insinuans, quod non fabulacionibus seu murmuracionibus sed magis oracionibus in domo Dei est insistendum, huiusmodi abusiones pessimas abolere cupientes statuimus, ut nullus dictorum dominorum vicariorum negocia in ipsa ecclesia infra horas canonicas aut alia divina officia disponere et confabulaciones publicas et scandalosas facere de cetero audeat, preter hoc, quod unus alteri tria vel plura verba de hiis maxime, que cantum aut horas respiciunt, loqui et de talibus disponere saltem modeste possit. Sed si aliquis extraneus ipsorum aliquem impediverit secum aliqua disponere cupiens negocia, tunc talis impeditus cum ipso extraneo ad partem se cedens negocia sua alios non scandalizando disponat; contrarium vero facientes aut in hiis quoquomodo delinquentes penis suprascriptis eo modo, quo late sunt, mulctandos ad unguem decernimus.

## HORARUM ATTENTA CONTINUATIO

Item quia officii, qui singulis septimanis in dicta ecclesia ex ordine servire consueverunt, interdum ita tardi et remissi in eorum officiiis peragendis seu attemptandis fiebant, quod sepius unus tantum aut duo cum cantore chori aut scolaribus, quorum non interest, horas, que per ipsos duntaxat ministros in dicta ecclesia peragi solent, decantabant. Super hoc solerter providendo statuimus, quod ipsi domini officii horas easdem peragendo sint omnino attentii et diligentes ita, quod nulla de cetero in talibus committatur negligencia. Et quia postquam horas easdem sic cantare seu peragere inceperint nequaquam de choro donec ad finem pervenerunt, discederunt, prout alias id facere consueverant. Similiter et hii, qui circa aram dominis canonicis mi-

<sup>c</sup> inną ręką, brunatnym atramentem.

<sup>d</sup> tak rkps.

nistrant, nisi tunc gravi necessitate impediti, hoc sine negligencia seu displicencia facere poterint; contrarium vero facientes tocies quociens deliquerint nec se reformare in talibus curaverint, pro qualibet vice penis suprascriptis, eo modo, quo apposite sunt per eos, ad quos pertinet, puniendos ad unguem decernimus.

## DUPLEX OFFICIUM

Item quia nonnulli domini vicarii circa dictam ecclesiam duplex officium tenere consueverant vix uni satisfacere valentes et per hoc plerumque negligencie in divinis officiiis ac etiam in horis tam canonicis, quam B. Virginis, que per ipsos ministros singulis diebus ferialibus peragi solent, committebantur, statuimus, ut nullus officium duplex de cetero, nisi sibi ex ordine venerit, prout interdum evenire solet, tenere simul audeat; contrarium faciens pena unius grossi tocies quociens contraverit ad unguem puniatur.

## SUB CANTU ORACIO

Item quia quidam domini vicarii in consuetudinem traxerant, aliis in choro cantantibus et psallentibus ipsi ibidem horas per se dicere consueverant, quod utique hiis, qui taliter psallebant, in gravem multociens veniebat displicenciam, statuimus, ut nullus amplius taliter horas in choro aliis cantantibus dicere audeat, nisi sit ebdomadarius, qui hoc facere habet necessario, ut sic se ad officium suum tempestive disponat, aut alias debilitate impeditus tali, quod cum aliis horas easdem cantando perficere non posset; contrarium facientes pena unius quarte puniantur, tocies quociens id presumpserint attemptare.

## DORMICIO ET NEGLIGENCIA

Item quia fuerunt nonnulli de dietis dominis vicariis, qui non Dei honorem sed proprium lucrum tantum in ipsa ecclesia attemptabant, quia et si chorum intrabant tamen sepius contigit<sup>e</sup>, quod propter desidiam somno dediti, interdum per omnes horas nec ora sua apperiebant nec aliquam diligenciam in cantando faciebant sed, ut solum propter suam presenciam quartis et aliis distributionibus cum ceteris laborantibus gaudere possent, precipue in horis nocturnis eo tempore, quo quarte, que presentibus quottidie distribui solent, et aliqui solum pro illo tempore, quo tales quarte distribuiebantur, matutinas intrabant, sed tunc quartis deficientibus nunquam ipsum matutinum intrare curabant, quod utique ipsorum laborancium corda non modice gravabat. Et quia benedictum est: „Non laborantes non manducent”<sup>30</sup>, statuimus decernentes, quod tales desidiosi et negligentes iuxta voluntatem comunitatis debita animadversione puniantur, laborantes vero ultra divinam retribucionem condigna mercede premientur.

## OFFICIATORUM ATTENCIO

Ultimo hac vice statuimus, ut officii, ebdomadarius videlicet et ome-lista<sup>f</sup>, epistolarius, rector et maturista, quilibet illorum sua officia locis et temporibus deputatis in ipsa ecclesia diligenter attendant et consequenter omnes et singuli domini vicarii quibuscumque nominibus censeantur in horis canonicis ac aliis divinis officiiis sint attentii et diligentes devote et honeste se per omnia, prout decet viros ecclesiasticos in talibus habendo in presenti laudem a bonis hominibus et in futuro ab Altissimo mercedem sine fine recepturi. Amen.

<sup>30</sup> Wolny cytat: 2 Thess. III, 10.

<sup>e</sup> przerożone późniejszą ręką na *contigibat*.

<sup>f</sup> przerożone późniejszą ręką na *ewangelista*.



MODERATIO CONSUETUDINIS DURE ET CARITATI CONTRARIE  
DE PROCESSIONIBUS FUNERUM

Die Mercurii decima quarta mensis augusti anno quo supra<sup>36</sup> Mathias vicedecanus, Petrus vicecustos, Ioannes de Staw et Philippus de Wolwram divisores, Petrus Albus, Borzyslaus, Iacobus Schady, Marcus, Stanislaus Liga, magister Stanislaus, Michael de Bodzaczin, Ioannes Rola, Thomas Bochnek — de dextro, Mathias Strzelecz, Ioannes Pella, Martinus Lapanowski<sup>37</sup>, Thomas de Radomskie, Ioannes Niger<sup>38</sup>, Simon, Dominicus<sup>39</sup>, Ioannes Paris, Ioannes Pirchala, Petrus Latowski et Mathias Stanislaus de Mileiow de sinistro choris vicarii perpetui canonicales ecclesie Cracoviensis personaliter constituti et capitulariter congregati hincinde solenni tractatu vicibus iteratis habito consuetudinem quandam a multis temporibus per ipsos et eorum communitatem tentam et observatam videlicet, quod quicumque vicariorum cuiuscumque conditionis solam processionem exequiarum cuiuscumque funeris, sive divitis sive pauperis, in castro sive extra castrum, in qua alios vicarios fieri contingebat, neglexit et quascumque causa, eciam si pro illo tempore circa ecclesiam laborando cum ceteris presens fuit, omnibus porcionibus seu distributionibus, que ex talibus exequiis proveniebant et de quibus vicarii presentes tantummodo gaudere solebant, in toto sine omni misericordia privabatur; attendentes fore et esse ipsis nimis onerosam et iniuriosam ac caritati contrariam in hunc modum moderaverunt statuentes, quod quicumque ex dominis vicariis processionem exequiarum predictam non ex contemptu sed ex sola ignorantia, in quo ipsius negligentis conscientia onerabitur, neglexerit et circa ipsam ecclesiam presens fuerit cum aliis laborando, ut moris est, horas nocturnas pariter et diurnas et alia divina officia peragendo tempus huiusmodi exequiarum duntaxat s-s nesciendo, si in castro huiusmodi processio fuerit in uno grosso, si vero extra castrum alias de inferius, extunc in quatuor grossis, taliter negligens pro qualibet dictarum porcionum seu distributionum per divisores cum effectu puniatur et tunc punitus cum aliis de eisdem funeralibus seu porcionibus gaudebit; si autem huiusmodi porciones seu funeralia pro parte ipsius negligentis ad quatuor grossos se non extenderint, extunc in toto, quicquid inferius quatuor grossis fuerit nichilominus puniatur.

CAPITULUM SEMPER FIAT INFRA DUAS EBDOMADAS<sup>40</sup>

Volumus eciam, quod de cetero singulis annis capitulum nostrum sit infra duas ebdomadas, citra vel<sup>h</sup> ultra, in loco consueto vel ubi placuerit. Ad quod convocandum seu comportandum dicti divisores sub penis supradictis sint stricti; qui vero ad illud veniens non curaverit aut ex contemptu neglexerit

<sup>36</sup> 14 sierpnia w 1438 r. wypadalo nie we środę (dies Mercurii) leca w czwartek.

<sup>37</sup> Występuje: 5 II 1437 — 3 X 1437, Lib. priv. vic., k. 232—235; 211—215.

<sup>38</sup> Jan Czarny z Kiele występuje: 21 IV 1438 — 7 IV 1448, Lib. priv. vic., k. 216 v.—218; 190—191 v.

<sup>39</sup> Dominik wikariusz występuje: 28 XII 1431 — 4 X 1449, Kod. Tyn., s. 169; Lib. priv. vic., k. 223 v.—225 v. Pozostali świadkowie tego statutu, jeżeli pojawiają się w źródłach, objaśnieni powyżej.

<sup>40</sup> Statut, pozbawiony daty, jest sądząc po świadkach bliski chronologicznie dwóm poprzednim datowanym.

s-s razura i luka na parę liter.

<sup>h</sup> na marginesie ręką z XVI w. *Divisoribus sunt ministri ad convocandum fratres ad capitulum.*

vocatus, ut premittitur per eosdem divisores porcionibus seu distributionibus cottidianis per unam septimanam, eo ipso decernimus esse privatum presentibus dominis: Mathia vicedecano, Petro, Martino vicecustodibus, Venceslao vicecantore, Petro Bysly, Mathia Stralicz, Marco, Stephano, Petro Miles<sup>41</sup> et aliis vicariis capitulariter congregatis.

DE VERBIS CONVICIATORIIS ET DETRACTORIIS STATUTUM

Item quia de vicariis et ceteris confratribus nostris conviciatoribus et detractoribus et maledicto oris linguam non refrenantibus seu oris maledicti consuetudinem resicare negligentibus per statuta nostra nulla certa forma vel pena preterea, que iure communi comprehenditur et invenitur expressa, statuimus, ut vicarius, qui vicarium confratrem suum et nostrum in capitulo vel extra et maxime in ecclesia verbis probrosis, contumeliosis, conviciatoriis detractoriis et maledictoriis affecerit manifeste aut de hoc confessus vel convictus fuerit evidenter, per quartam partem anni a consorcio capituli nostri et a percceptione distributionum<sup>1</sup> cottidianarum, que aliis accrescunt, ipso facto sit exclusus et privatus per unum mensem. Ad cuius quidem statuti et pene executionem super consorcio capituli vicedecanus, qui tunc extiterit, divisores vero pro tempore existentes, super percceptione distributionum, quibus ad hoc damus omnimodam potestatem seu facultatem sub penis eisdem teneantur non obstantibus quibusvis contradictionibus seu difficultatibus.

DE DIVISORIBUS ILLIS OBPROBRIA FACIENTES

Anno Domini 1440 Michael vicedecanus unacum ceteris vicariis et fratribus in capitulo generali ante festum S. Stanislaus in mayo<sup>42</sup> more solito celebrato infrascripta fecimus statuta.

Quia officium divisorum universitatis nostri ad tam minimam iam devenerat estimationem, quod in electione eorum contingebat nos aliquando pluribus diebus consedere et omnes tam seniores, quam eciam iuniores fratres pro tali officio valentes quicumque eciam cum magnis precibus a fratribus postulabantur, ad illud a susceptione huiusmodi officii se penitus subtrahebant, causas diversas allegantes iam videlicet detractiones et obprobria maxima a fratribus iam curam satis non parvam, utilitatem vero modicam ipsis exinde provenire; volentes super hoc de remedio oportuno providere statuimus, quod nullo de fratribus cuiuscumque conditionis existat ipsis dominis divisoribus aliqua obprobria facere aut eciam detrahere audeat publice vel occulte et maxime in ecclesia; sed si alicui iniuriari viderentur, ille in capitulo contra ipsos proponat et ibi tunc iniuriam patienti iusticia ministrabitur condigna; contrarium vero facientes debita animadversione iuxta priora statuta punientur.

ALIUD DE DIVISORIBUS PREROGATIVAS HABENTES

Item quia illud commune dicit proverbium: „Nemo tenetur alicui propriis militari stipendiis” volentes ut ipsi domini divisores pro tempore existentes aliquibus specialibus inter nos gaudeant prerogativis, que saltem ipsorum fratrum animos suscipiendum huiusmodi officium inclinari possent, statuimus

<sup>41</sup> Piotr zw. Miles występuje: 15 XII 1404 — 30 VI 1419, Kod. Tyn., s. 201; Kod. kat. krak., II, s. 448—449; por. też rkps s. 70 (I) wpisany ręką kopisty statutu *aniversarii Petri dicti Miles scolastici Cracoviensis de altari S. Vincencii*, Inni znani świadkowie statutu objaśnieni wyżej.

<sup>42</sup> Przed 8 maju.

<sup>1</sup> na marg. ręką z XVII w. *Poenam nota bene.*



habere volentes, quod ipsi domini divisores et primo unus illorum, qui prior et antiquior in ipso officio fuerit, demum posterior in assecutione lecturarum, quas circa altaria universitatis nostre incorporata conferre iuxta literas eiusdem incorporacionis habemus, quicumque locus se obtulerit, etiam ultra omnes fratres, cuiuscunque condicionis fuerint, primi et principales existant.

#### DE DIVISORIBUS

Horum igitur intuitu astringimus et obligamus ipsos dominos divisores pro tempore, quod ipsi singulis annis talem et tantam diligentiam in exactione proventuum et censuum nostre universitatis omnium et singulorum undecunque et a quibuscunque personis provenientium, maxime de domibus dominorum canonicorum, ubi ex longa mora nobis displicencia et dampnum semper imminet, omnino adhibeat et i faciant, quod de remanentiis huiusmodi proventuum et censuum pro futuro anno seu divisoribus successoribus ad exigendum nichil resultet; attento, quod etiam ipsi divisores pro tempore aliis successoribus divisoribus de eorum prerogativis et obventionibus, quibus occasione huiusmodi officii per nostram universitatem sunt dotati, nichil penitus reliquit. Alias secus facturi per fratres debita animadversione iuxta exigentiam demeriti in eisdem obventionibus et prerogativis aut alias legitime punientur.

Similiter<sup>k</sup> et in constructione ac reparacione domorum procuracioneque et regimine omnium et singulorum honorum nostre universitatis prefati domini divisores facere debent ipsorum diligentiam; alioquin maledictionem pro benedictione et pro graciaram actione indignacionem fratrum sentient se incursum; et nichilominus modo supradicto in premissis culpabiles reperti punientur.

#### DECRETUM SEU CONFIRMATIO STATUTORUM

Anno Domini 1462 Saturni XXVII a februaryi reverendus pater dominus Johannes de Pnyow decretorum doctor, archidiaconus et administrator ecclesie Cracoviensis sede vacante<sup>43</sup> in presenti codicillo<sup>44</sup> statuta contenta de consensu omnium et singulorum dominorum vicariorum in omnibus suis punctis, clausulis et sententiis decrevit esse per dominos vicarios, pro quibus sunt condita, tenenda et habere in robore, in forma, presentibus dominis venerabilibus et honorabilibus Johanne Woissyk de Woicza custode<sup>45</sup>, et Petro de Oszowa canonico ecclesie Cracoviensis<sup>46</sup> et Stanislao<sup>1</sup> de Cleparz et Joanne Mandko notariis publicis.

Finis.

<sup>43</sup> Jan z Pniowa doktor dekretów, archidiakon zawichojski i krakowski, administrator kościoła krakowskiego w czasie sporu o obsadzenie biskupstwa krakowskiego w l. 1460—1463, um. 1476. Ks. J. Fijałek, *Polonia apud Italos scholastica saec. XV*. Kraków 1900, s. 100—102.

<sup>44</sup> Mowa o nieznanym dniu kodeksie, do którego zapewne w XV w. bieżąco wpisywano uchwalane przez kolegium wikariuszów statuta.

<sup>45</sup> Jan Wojsik z Wojczy kustosz katedry krakowskiej występuje: 7 II 1454 — 30 X 1481, Kod. UJ, II, s. 143; Acta cap. Crac. et Ploc., s. 63.

<sup>46</sup> Piotr z Osowy prepozyt kielecki, kanonik krakowski występuje: 25 VII 1428 — 26 VIII 1464, Cod. epist. XV s., II, s. 215; Acta cap. Crac. et Ploc., s. 28.

<sup>j</sup> na marg. ręką późniejszą *Nota melius*

<sup>k</sup> na marg. ręką późniejszą *Divisores debent advertere circa reparacionem domorum vicariorum*.

<sup>1</sup> Sta<sup>o</sup> rkps.

#### STATUTUM RORATE <sup>m</sup>-CANENCIUM INCIPIENTIBUS<sup>m</sup>

Item omnes domini capitulariter congregati attendentes prejudicium imminere fratribus in dextro choro stantibus et presertim ab antiquo Rorate a vicecantore canere incipientibus, ut illi, qui in sinistro existebant, nunquam completio ordinis eorundem ad finem devenerat, statuerunt itaque inviolabiliter observari, volentes perpetuo, ut ubicunque finis completiois eorundem devenerit, alio anno ille, quem sequitur, incipere debet.

#### STATUTUM DE NOVELLIS VICCARIIS

